FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Lebenslauf von Christian Beyer.

Beyer, Christian

Halle (Saale), 28.08.1710

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-209902

Visual Library

Christianus Beyer Stargardiensis Pomeranus. Pater meus Johannes, adhuc vivus, Pastoris munere fungitur Gertzloviæ (quod oppidulum in circulo Stargardiensi est situm) Mater est Dorothea Zitelmannin ex sacerdotali genere oriunda. Duris admodum ætatis meæ temporibus usus sum. Ipsam hanc lucem Anno 1683 tanta infirmitate, uti parentes sæpe retulerunt, aspexi, ut omnes præsentes me statim moriturum existimaverint. Pastoris itaque manu sine mora Christianorum sacris initiatus, eadem virium imbecillitate annum jam quartum me transegisse nec ullum tamen verbum protulisse ferunt iidem. Quam vero aut linguæ, aut Ingenii tarditatem, postea non sine magna parentum lætitia ita emendavi ut paucissimis diebus omnia recte pronuntiaverim.

Anno ætatis 5to in ignem illapsus vitæ periculum subii, cujus vestigia in sinistra manu adhuc extant. Anno ætatis 6to parentibus profectis, domesticorum negligentia in Templo inclusus, parum abfuit, quin me frigus nimium enecasset. Secutum est illud tempus lugubre, quo, Improborum scelere incendio bis excitato, parentes mei facultates suas omnes amiserunt. Ex eo tempore Paupertas mihi onus fuit et miserum et grave. Cognatorum quidem subinde Beneficio sublevatus, multa nihilominus aspera, et maxima inprimis Impedimenta in studiis pertuli. Quibus ex malis aliquantisper emersi, postquam ætatis anno 18 Vratislaviam me contuleram. Ibi enim dei providentia à B. Gryphio tantis Beneficiis sum exceptus ut vix plura potuissem à parente expectare. Sit memoria ejus Benedicta.

discessit Brandenburgum d. 17 Febr.

Inde Vitembergam adii sed propter rem angustam domi præterlapso anno discessi, et Stargardiæ in formanda juventute opera mea per aliquot tempus versata est. Demum D. Zieroldi suasu Halam petii. Qua in Academia ita huc usq vixi, ut pro felici in studiis successu, et pro corporis valetudine, et pro animæ incolumitate Jehovæ immortali, immortales a me debeantur gratiæ. Jam quoq in numerum Præceptorum, qui in Orphanotropheo sunt, receptq, grata mente id agnosco et eo divina Assistentia contendam, ut officio meo satisfaciam. Deo Optimo Maximo, qui ex tot periculis me eripuit, sint laudes sempiternæ. Is incolumes et salvos conservet omnes meos Evergetas; me ipsum vero in vias rectas omni tempore deducat

Halæ d. 28 Augusti A 1710

A. 1712.

Franckesche Stiftungen zu Halle